





1725

1. Camerarius, Elias: De medicina humanae viis et ratione curris dyspepsie atque emandatis emandatis.

2. Hilleius, Christopherus: De abusibus, qui in Germania nostra in collegio vigent opificum.

1726

1. Gramm, Michael: De redolatione ejusque jure.
2. Gramm, Michael: Cassationis iuris civilis Romani cum recentibus in imp. R. G. pars II: formula processus fact. E: de puncto legimationis, in specie procuratorum per mandata procuratorie.

1727

1. Gramm, Michael: De praescriptione superiorum latus territorialis acquisitiva.
2. Gramm, Michael: Variae ex variis iure selectae partitiones.
3. Harpprechtius, Christopherus: Praecognitio questionum historiarum Wurtembergicarum puncto in empordio, et methodo inservient, ut licet, ac necessitas iuris publici. Oratio.. Accedit problema: An Adolphus imp. Comiz

L'bus Wartemburgiatis privilegiorum legi unius communis  
Romans in futurum usurpando concesserunt?

1727.

Y. Harpprechtus, Christopherus Fridericus: Consultatio  
I de colligendo cap corpore iuriis Wartemburgicis.  
II de sortim des turbulacionibus juriis Wartemburgicis  
privati omnis etc. etc.

5. Roetanus, Th. von Harten: De obligatione

6. Schrederus, Gabriel: De coeneris his tunc hanc  
utriusque Romanorum - catholicae ac evangelicae religionis  
exercitio brevis ac illustrata.

1728.

1. Gramus, Michael: Thesmata miscellanea - historico-  
juriaca et jure consuetudinario, publico, ecclesiastico,  
lito, fundali.

2. Gramus, Michael: Scriptitios facultate erescundae.

3. Schoepffius, Wolffius Adams: Tractamen in continuationem.

1729.

1. Camerarius, Elias: Notarii amico apparentio historia  
missis iustitiae notis.

1730

1. Camerarius, Elias: Medicæ quædam annotationes  
ad Thomassianam disputacionem de præsumptione  
furoris atque dementiae

- 2<sup>o</sup> Helfferich, Dr. Facetus: De juris prudentia p[re]sing.  
pro ordinazione s. Rom. Imp. Germ. privata.  
25 auct. 1730 - 1740

- 3<sup>o</sup> Schefferus, Ioh. Theodorus: De jure famulorum  
25 auct. 1730 - 1757.

1731.

- 1<sup>o</sup> Favoskius, Stephanus: Discursus in pulua  
haereticorum, noniter ab ecclesia se auellen-  
Trier. 25 auct. 1731 - 1742.

2. Hauprechtus, Christopherus Fredericus: De necessaria  
conformatione sententiae et libellum.

1731

3. Moroz, Iu. Iacobus: *De rationibus decidendi -  
procuror*
4. Schefferus, Iu. Theodorus: *De processu creditorum ex -  
processione*
5. Schefferus, Iu. Theod.: *De processione jure et  
sejne.*
6. Schepffus, Wolfgangus Alanus: *De processu  
in contumaciam in causis ecclesiasticis, cum pro -  
missa De processu desertorum*





PRIMA DISSERTATIO  
DE  
MACHINÆ  
ANATOMIS  
EXAMINANDIS  
DIGNOSCENDIS ATQUE  
EMENDANDIS.

Hanc  
PRIMA ADSPIRANTE GRATIA.  
Statuere Statuere Grauioræ Facultatis,  
PRO TERRA  
SACERARIO,  
CIVITATIS  
GARCIUS MOHR,



22.

PRIMA DISSERTATIO  
DE  
**MACHINÆ**  
**HUMANÆ VITIIS**  
EORUMQUE CAUSIS  
DIGNOSCENDIS ATQUE  
EMENDANDIS.

Hanc  
DIVINA ADSPIRANTE GRATIA,  
Jubentibus Statutis Gratiæ Facultatis,

*PRÆSIDE*  
**ELIA CAMERARIO,**  
Prof. Ord. Med. & Confil. Wirtemb.

**PRO LICENTIA,**  
ac supremis in Medicina Honoribus consequendis.

Solenni Eruditorum Examini submittit

D. Febr. MDCC XXV.

**GEORGIUS FRIDERICUS MOHR,**  
Physicus Bœblingensis.

TUBINGÆ,  
Literis HIOBI FRANCKII.





*Q. D. B. V.*

**R**æcipua Machinæ Humanæ vitia, natasque ex iis magno numero molestias percensere, ac pensitare penitus animum induximus. Attingemus proin artis saluberrimæ partes præcipuas, Pathologiam scilicet, Semiotiken, ac Therapeuticen; Pathologiam vero cum primis dissentibus censemus commendandam, quam Antistites Medici Studii dudum, ac suo quidem merito vocant Animam Præeos, cum ea occupetur in affectibus morbos, eorumque causis, subiecto seu loco affecto eruendis ac cognoscendis. In Statu enim humani corporis præter naturam mutato, ac malè affecto considerandum qualis illa sit dispositio adversa, atque unde illa sit oriunda.

Corpus enim hoc mortale summi artificii exhibet Machinam, infinitis gaudentem organis, mirabili nexus combinatis, suaque munera exactissime in sanitatis statu obeuntibus, omnia hic conspirant amicè, fluida cum solidis, partes impetum facientes cum partibus movendis, perpetuo, dum vita durat, fluidorum per canaliculos suos motu vigente.

Audias hic potissimum in partes vocari Archeum à nonnullis, qui tanquam Präses partium ac functionum omnia moderetur, ac tanquam movens à movendo, sive ab ipsis partibus corporis divellendus abstrahendusque non sit; hinc & in illum cum primis redundare omne vitium, quod partes patiantur, utpote qui maximè & ultimato in morbis afficiatur; Verum, uti ipse Archeus gratis supponitur, non est quod adeò attendamus ad illum in Pathologia, cum nec nostris ille directè subdit remediis; magisque necessarium

A 2 erit

erit attendere ad speciales organorum lœsiones, modosque afficiendi causarum morbificarum diversos. Idemque de iis monendum, qui plus justo animæ tribuunt in cūdendis avertendisque humani corporis morbis.

Cum igitur Machinæ tanto artificio connexæ actiones lœdantur, quæ ab innumeris illis pendent organis varia constitutis visceræ, palam est, eam in pejus mutationem partim spirituosis fluidisque, à crassi laudabili descendentibus, partim solidis ipsis organicisque partibus esse adscribendam, ita tamen ut & his variè illa concurrant, conspirent ac cooperentur.

Exoritur sic morbus affectusque præter naturam generallior, symtoma enim tanquam specialius productum ab hoc pendet, cum morbi in ipsa partium constitutione vitiata radicentur; sive illi sint intemperiei, fluentes ex ataxia spirituum ac fluidorum vitio statuque pravo, sive organici solidarumque partium lœsione nixi, ac varia indispositione, sive fundati in utrisque, cum fluidarum ac solidarum partium harmonia ac conspiratio lœsa est, sive mutua illa correspondentia, qua vitalitas sanitasque partium utrinque nititur. Unde dein fluunt effectus specialiores, symptomaque, evenitque, ut actiones lœdantur, excretiones deficiant excedantve, ac qualitates variis mutentur modis, quibus omnia ista, quæ supervenire morbis solent, accidentia ac producta comprehendendi per se eluescit.

Pathologia potissimum sollicita est in cruenda causa morbifica, quæ producere pravam dispositionem in corpore queat, cujusque latissime patet ambitus, cum omnia ea sub se comprehendat, quæ ratione quacunque, remotius etiam, dispositivè atque occasionaliter possunt concurrere ad lœsionem vel efficiendam vel propagandam; præcipue tamen indagat causam proximam atque immediatam, qua posita ponitur morbus, sublataque tollitur, quoque inventa Medicus progredi tufo in curatione queat; eruiturque ista causa ex ipsis phænomenis, in ipso corpore pravè deposito observandis. Phænomena enim talia & effectus rationem habent & signi, morbique proin causis detegendis apprimè infer-

inserunt, modò intimius perpendantur. Si enim probè habeas perspectum corporis statum naturalem, neverisque usum partium, ac structuram maximè seu dispositionem pro illarum integritate requisitam, elementa fluidorum propiora, organicam solidorum fabricā, ac vitalem ad actiones perficiendas aptitudinem & illius requisita, non deerit tibi fundamentum, quo niti, nec norma juxta quam incedere debes. Circumstantias enim perpendendo, ponderando prægressa, concomitantia expendendo conferendoque consequentia, tutò procedes, si simul attendas ad juvantia & nocentia, conferasque attentius ea, quæ practica anatomia seu cadaverum iustratio passim docuit; paucis, nihil eorum negligendum est, quæ influere in affectus & productionem & cognitionem ulla ratione queant. Hac enim via objectam toties, imò Medicinæ ipsi, incertitudinem commodissime evitabis, nec meritis niti conjecturis censendus es, sed pervenies ad genuinam morbi notitiam, verè detectionem causæ, eoque facilius ad sanationis certioris spem assurges, formato his mediis subsidiisque ritè adhibitis judicio stabili ac firmo, quod si Mathematicas non offerat demonstrationes, Medicas tamen elicet satis firmas solidasque, ac iustis nixas principiis ac fundamentis; signorum scilicet attenta ruminacione, notarum scilicet genuinarum ac characteristicarum, quibus in apicum occultæ morborum radices protrahuntur, lucique, vel invitæ sistuntur, modò attentum Medicus, sinceroque veritatis amore flagrantem afferat animum à præjudiciis liber, nullius jurans in verba Magistri nisi rationis rectæ, atque experientiæ veræ ac circumspetæ.

### De Cephalalgia.

Plerique Medicorum à Capitis Dolore ac morbis initium in recentiis præternaturalibus corporis humani Affectibus faciunt, ut sic à capite ad calcem justo ordine ac serie omnes recenseant. Necessarium verò est, ut prius de Dolore in genere dispiciamus, antequam ad specialem hunc Ventris, quem vocant Summi, dolorem penitandum accedamus.

Frequentissimum symptoma morborum Dolor est, gravissimè

A 3

non

non tardè ægros affligens, corporisque partium passiones in animum ipsum transfundens, ea sèpè vehementia, ut symptomatis urgentis nomen mereatur. Medicumque, unicè causæ morbificæ eradicandæ intentum, ad se vocet, suiq; mitigationem, ablationemque, accuram singularem graviter efflagiter. Tristem esse in dolore sensationem qui cogitant, uno omnesore sensum tactus hic acerbius afflictum judicant, quod tamen distinctius paulò perpendi meretur, si sensus Tactus organon unicè quæras in papillis atque eminentiolis nerveis cutaneo strato ac tegmini intertextis, neque enim in cute sola dolor est, sed in omni corporis parte & interna & externa, quæ molliusculis, tenerisque gaudet fibrillis animali spiritu perfusis oriri solet accidente stimulo; Unde in Physiologicis non satis distinctè de sensu Tactus agitur, qui vel latè sumi potest, vel strictè; si strictè sumatur pro sensu illo cuti proprio, qui tactiles qualitates, duritatem, mollitatem, levitatem, asperitatem &c. percipit ac dijudicat, tum sanè dolorem sub se non complectitur; si vero in latiore sensu omnem quaruncunque corporis partium perceptionem ac sensationem complectaris sub sensu tactus, etiam dolorem sub eo comprehendi extra controversiam est; aliud vero tum, magisque universale erit organon tactus, ampliorque vocis significatio; extendetque se Tactus tum naturalis tum præternaturalis ad omnes corporis partes organaque, imò particulæ, quæ participant ramulos nervorum, quorū in cerebro, medullaque Spinali radix est, quique profunduntur permeante eorum cava animali spiritu, fluidoque elastico ac æreo,

Ipsaque etiam Lassitudo, cuius & speciem peculiarem accusari audimus dolorificam lassitudinem, ad hunc tactus præternaturalis ac universalis sensum pertinet, et si diffusus magis sit, torpidusque ille dolor, qui ubi genuinus est, hocque nomen propriè mererur, specialius percipi, partique certæ tribui potest ac sollet; quando scilicet pars mentem quasi ad se vocat, ob molestum qui illi imprimitur, sensum, quem anima percipit occasione impressionis in organo, indeque ulterius per animales Spiritus in sensorio communis factæ, cum ad illam partem sine hac vellicatio-

ne

ne anima tum quidem attenta non fuisse, nec cogitasset de ea; nunc vero non potest datus esse ubi dolor est, nisi prius anima fuerit quasi ubi percipitur dolor, cum illa demum digitum eō determinet consuetudine quadam ac philavtria, et si sāpē eo non attendens.

Externus nunc dolor est, nunc internus; unde & ille tactum aliquando omnia non fert, imo vel ab approximatione ejus cunque objecti sibi terribiliter metuit, quod in podagricis cerere est; aliquando vero tactum & fert, & commodè iubinde fert, levamen inde sentiente ægrot. Gravis alius, aliis obtusus dicitur, acutus alius, & hic quidem dupli sensu, dum aliquando ita quasi pungitorius dicitur, aliquando vero ita appellatur ob intentionem ac vehementiam.

Gradus innumeri dantur, nec species pauciores, experientia rectius in praxi addiscendæ. Velenim solus affligit, vel cum aliis affectibus jungitur, febri cum primis, quæ vel ex dolore oritur, vel dolor oritur ex ea; vel oriuntur à communī causa; hinc sāpē calor & dolor junguntur, & tumor quoque ac pulsatio in eo ob ferientem latera canaliculū tardius promotum sanguinem, cuius intemperies cum tota sāpē massâ communis est, teste pulsu tum celeri ac febri. Sāpe & mitius affligit dolor, & sine inflammatione, saltim insigni, imo est quoque ubi mitigetur dolor superveniente tumore, nisi hic in inflammationem, indeque ulterius in suppurationem abscessumque abeat.

Dolores intensiores vigilias efficiunt, stimulo semper novo à quiete spiritus avocante, nec permittente somnum mente semper coacta ad attentionem dolori prævalenti præstandam. Sāpe tamen & somnus sedat dolores, spiritibus fatigatis obdormientibus nec attentibus amplius ad stimuli actionem jam quodammodo consuetam; in somno tamen terrorum sāpē, concussionumque & subsultuum spasmodicorum causa esse potest dolor. Quorum omnium mira est respectu affectuum, causarum, texturæq; partiū variaz varietas.

Variè quoq; combinantur dolores interni æque ac externi, variezq; per consensum conspirant & communes plexus nervorum; suntq; alii fixi in certo loco, alii vagi ex uno in alium nervum partemque aliam

aliam se diffundentes; vel continui, vel interpolati; redeuentesque certis periodis, uti venerei, scorbuticique noctu s̄eviant partibus calorem à lecto concipientibus, quod & in odontalgia, aliisque doloribus non est infrequens.

Ipsa dolorum gravitas, sensus teneritudo, ac mali intensio innumera & quærit, & suggerit remedia, de quib⁹ his sermo non erit, sive paregorica illa sint, mitius agentia, blandè demulcentia fibras, humorū spirituumque ferociam sedantia, pacantiaque; sive narcotica, ipsaque opiate, multo cum judicio adhibenda, nervinische ac specificis socianda.

De formalī verò ratione ac genesi dolorum internorum iudicium ferre docet externi doloris sensus ac generatio, uti enim obiectum quocunque molestum atque gravius afficiens nervulos dolorem infert, ita interne quoque dolor orietur, quoties vel membranula nervea, vel fibrillæ nerveæ quæunque ab objecto quocunque etiam gravius afficiuntur; unde non male alii dicunt, esse solutionem continui in fieri, seu intentatam, quæ coincidit ferre cum irritatione fibrilarum, sive illæ jam ultra sphæram suam tendantur, sive premañt, sive minores earum fibrillæ divellantur ab invicem, aut cuneoli quasi quidam vel rigidi, vel acres inter se conentur insinuare; paucis, quoties gravius quam naturali in statu fit ac minus blande afficiuntur istæ fibrillæ, ac per eas spiritus, motum suum ab objecto incongruo impressum usque ad sensorium commune propagantes, mentemque ferientes, nisi illa distracta vehementer, & aliò quasi vocata atque intenta sit, quod maximè evenit cum mens, stylo Hippocratico, laborat, hoc est: quando illa turbas in sua machina contingentes nec attendit, nec percipit, suspensumque quasi est mutuum arctumque commercium, quod tanta utrinque sensibilitate aliás intercedit inter animam atque corpus. Cujus non deliria modo intensiora exempla ministrant, Ecstasumque phenomena atque Catalepsos, sed & inflictiones vulnerum, sàpè enormium, & consequenter non sine sensu acuto illatorum, hoc est, non sinè gravi fibrilarum lësione, ac spirituum irritatione, cum tamen plerumque vulnerati ignorant

rent se esse lœsos, donec profluentem contueantur, contractentque sanguinem, redeuntibus ab Affectu vehementi, ejusque commotione, ad functiones suas motusque sedatores spiritibus, qui in pugnæ fervore ita juxta cum mente erant distracti, ut tam enormes sensilesque alias fibrarum lacerationes fieri potuerint absque ullo vel corporis vel animæ sensu.

Nec ad excitandum dolorem certa præcisè figura requiritur, sufficiunt varia motuum impressiones, indeque natæ tensiones, non exclusis tamen lœdentium objectorum figuris, per quas motuum vis major atque efficacior est. Semper vero fit conatus quidam in nervulo aliquo divulsorius, cum dolor excitatur, hinc irritatio commotioque spirituum immoderata, extendens se usque ad cerebri penetralia per eorum oscillationem retrogradam, quæ eo intensior, quo commotio major, fibrillarumque laceſſitarum cohors numerosior, parsque consequenter sensibilior.

Hæc est illa Helmontii spina infixa, seu causa laceſſens qualiscunque, solida non raro, frequentius in corpore fluida, quæ tamen non sola agunt acrimoniam, spiculisque innatantibus, sed & stasi, ac pressione, tensioneque quam efficiunt, licet, si per spicula agant, solidarum agant more; quæ & imitantur flatus, gravissimorum dolorum fabri, tensionum summè dolorificarum authores. Nec mirum est adesse simul humorum impeditum motum, ac stasin; neque enim semper extravasatio supponitur, aggestio tamen humorum vel præcedit dolores, vel sequitur, sequela scilicet strictura fibrarum, & nonnunquam causa, vel saltem occasio. Subtali saltē stasi tensiones fibrarum ac dolorificæ, quas vocant alii crispatæ facillimè eveniunt, totidem obices liberioris circulationis, quæ vel præcessit dolorem, vel sequitur. Unde inæqualis humorum motus, fibris passim inæqualiter tensis, simulque acrum humorum in partes sensiles major impressio tum mora spiculorum circa illas, tum mole humorum ipsa gravi ac tendente inæqualiter latera canaliculorum & interstitiorum. Atque hinc irrequieta spirituum laceſſitorum oscillatio, stricturæque hinc natæ spasmodicæ vel exiles in quovis dolore, vel & pro re nata fortiores, prout spiritus afficiuntur

tur, magis vel minus violenter, spinave qualiscunque vel superficiariè vel profundius infigitur.

His vero jam præsuppositis de Cephalalgia rectius judicabimus, cuius notissimæ sunt differentiaz, cum caput nunc totum, nunc qua certam tantum partem, gravius nunc, nunc remissius doleat, vel exterius magis, vel in paribus internis ac nobilioribus; unde & compressionem aliquando non fert solum, sed & commodè fert, imò moderatiorem haud raro exigit. Nunc bregmata, nunc occiput, alias frons, rursus tempora affliguntur; subinde alterutrum præcisè dolens latus Hemicraniam fistit, Clavum minus spatium intense dolens determinat. Illorumque dolorum aliqui suas habent periodos, & statos quasi paroxysmos in febrium modum, suasque exacerbationes. Dolor nunc est exquisitus, acutusque, cum pulsatione in temporibus, dolore ad ipsas subinde oculorum orbitas, quin bulbos etiam se extendente, non sine eorum ardore & quandoque inflammatione; Nunc verò gravatus magis est dolor, imò & extensivus, repleto quasi expansoque Capite, unde est, quod subinde multa de hiantibus surtis effulant, & erectione quasi pilorum. Ponderis aliquando sensus jungitur, nec calor ardorque deest, adjungit se quoque haud raro rigor quasi febrilis ac frigus. Sequuntur malum hoc, si diuturnum fuerit ac violentum, tremores, indeque convulsio-  
num metus, capitis debilitas, lœsio memoriz, oculorum vitia, vertigines, imò & deliria.

Innumeræ causæ externæ internæque producere valent Cephalalgiam, solis radii ferventiores, diutiusque excepti, hypo-  
caustorum intensus calor, balnea, vini usus immodicus, abusus  
veneris, ventriculi varia mala per consensum, ac remotius par-  
tim eam inducunt, sive solum, sive aliis junctum symptomatis;  
Nec minus frequens inter causas externas est frigoris vis gravior,  
venti asperiores, humida tempestas &c.

Combinatur illa cum affectibus innumeris, præcipue autem  
cum febribus, & intermittentibus, & continuis, maximè mali-  
gnis ac Castrensisbus. Hypochondriacis graviter plerumque in-  
cum-

cumbit, fatigatque Hystericas præ aliis & diu & pertinaciter ac violenter. Scorbuti pariter comes est & symptoma; quin & in Venerea Lue, in qua Capitis æque ac reliqui corporis ossa nocturno cumprimis tempore acerbe affliguntur. Urina non eadem est, sed pro diversitate causarum & subjectorum varia, tinctior aliquando, maximè in febrili dispositione, frequentius aquosior in hypochondriacis cumprimis ac hysteris, iisque qui ex ventriculi cruditate laborant. Qui & vomitibus conjunctis torquentur non raro, nunc biliosis, nunc acidioribus pro cruditatis ratione ac varietate. Pulsus diversissimus quoque est, pro causarum ratione, nunc plane nihil mutatus, cum nervosum magis patitur Systema, nunc citior, fortiorque cum sanguinis extuat massa, imo & tardus in aliis spirituum humorumque statibus ac stricturis spasmodicis. Vermes & lapilli latentes rariores sunt causæ æque ac crania suturis destrita, de quibus adhuc disquirendum, an indè dolor capititis, si etiam ille adfuerit, petendus; cariem ejus aliquando post mortem sectio, in venereis maximè morbis detegit; ita tamen ut nec alii excludantur, imo & in viventibus cariem non rarissimè habet comitem, quod in ulceribus quorundam vidimus circa maxillas, atque aurium ossa.

Ab alvi adstrictione frequenter Cephalalgia oritur, solvenda facile ea soluta ac libera, nonnunquam tamen eandem communemque causam habent calorem p.n. ac siccitatem corporis. Flatus quoque causa sunt frequentissima, & per consensum adgredientes caput existentes in primis viis, & propius id turbantes, sanguini si sint admixti, unde & frequentes dolorum à flatum egressu ac dissipatione cessationes. Pariter hæmorrhagiæ vel per nares, vel per uterus, vel per hæmorrhoidalia quoque vasa succedentes iis in casibus solantur cephalalgia afflitos, quibus fervor sanguinis tardiorque sub aggestione ac incipiente stasi per vascula capitis circulatio ejusdem causæ rationem habet; quæ etiam commoda sperare poterunt ab aliis per varia capitis emunctoria, glandulasq; evacuationibus vel confuetis, vel etiam extraordinariis ac largioribus.

Venæ sectio aliquando omnem absolvit paginam, ubi scilicet

copia ac orgasmus sanguinis, aut ejus ad Capitis penetralia raptus ac congestio doloti ansam dederunt. Visa quoque est Arteriotomia temporum utiliter adhibita, quamvis & sapientissimè frustra, nec tantum ab ea opis sperandum est, quantum sibi promittunt nonnulli. Diaphoretica, quin & subinde diuretica, discutientia, nervos roborantia, paregorica, & anodyna conferunt. Celebre est in fuso Theæ Sinicæ, multis tamen frustra adhibitum. Emulsiones commoda sunt internæ, quin & suadentibus quibusdam, utut non adeo congruè, externæ; quo & pertinent tot Epithemata diversa, ubi sicca præferuntur merito madidis, calida frigidis. Ligaturæ aliquando obtundunt dolorem, sint tamen moderatæ, nec excedant modum, vesicatoria frequenti in usu hoc quoque scopo sunt valde proficia, nec scopo tamen semper potiuntur &c.

Uti vero externi stimuli, ac dolorum in capite causæ minus ferè sunt frequentes, ita creberrimè à corporis domesticis causis stimuli illi enascuntur, sub ipsa humorum circulatione, alicubi stagnantium, distendentium fibras, pungentium eas acribus rigidisque salium spiculis, aut spasmodicè eas crispantium. Fervidus præcipuè accusatur sanguis, ac laudabili temperie exutus, qui tamen cum salino-bilio non idem plane dicit, cum & fervidus sine acrimonia esse possit, nec omnis sanguis orgasmicus, rarefactus, in parte congestus, eo ipso acris est; neque tamen ex adverso æquum erit audire eos, qui acrimoniam ejus satis frequenter penitus non admittunt, sed omnino exsibilant, medium & hic tenuere beati; Sanguis enim potest nervos spiritusque acerbè afficere ac turbare dolorificè, sive pungat spiculis salinis acribus, sive turgescientia sua violentius vasa distendat, sive gelatinosa spissescientia moram trahens aggetusque in interstitioliis tendendo lacescat nervulos, sive febriliter fermentescens eandem ludat fabulam, quem alii ab expanso sulphure agitatum vocant, quod & à vinitaliorumque spiritu osorum liquorum abusu evenire solet, sanguine turgescente distensione vasorum, & interstitiolorum compressione viam sibi ibi reddente difficultiorem, suique agestionem ac stasin in parte dolorificam procurante. Audias quidem & accusari serum, spiculis salinis infectum

fectum, moleculis irregularibus, acribus lancinantibus scatens, quod membranis infestum est, spinamque constitutat infixam, quod & quantitate sua premat, gravans sub stagnatione, & obstruens, quin & aciditatem rodens, imo in Lue Venerea erodens, sed id omne verum quoque est de tota Massa Sanguinea, et si serum quoque jam à purpureo latice secretum nocere atque irritare seorsim possit nervos capitis; Irritationum vero gradus, atque intensio nunc Cephalalgiam, nunc Cephalæam constituit; Si unius lateris ramifications attingat solas stimulis Hemicraniam formatbit, si vero claudatur spatiolo angustiore Clavum inferet, Hemicraniam quidem fundari existimant quidam in diversa vasorum ramifications, meningum duplicatura, sed ista tamen rem adhuc satis relinquunt incertam, atque obscuram, cum vasa utriusque lateris, testibus injectionibus cerebrimis, anastomosis inter se coeant, meningumque exactissima continuitas sit evidentissima, ut merito in distinctionibus cuiusque lateris nervorum ramifications affectis acquiescere tutius videntur.

De Affectibus Capitis, in quibus Nervi Spiritusque  
vel nimium irritantur, vel nimis sopiuntur.

**Q**uidam Affectus soporosos atque Apoplexiā penitus converte existimant, alii seorsim eos affectus tanquam distinctissimos considerant, id vero ad sanationem ipsam nullum affere momentum.

In omnibus quidem supereft respiratio, varie tamen affecta & gravius quoque in nonnullis lœfa; Profunde tamen dormientium ac præter naturam sopitorum rhonchi, probè distinguendi sunt à Stertoribus apoplexia tactorum. Leges quidem omnes dormire oculis clausis, non eandem tamen semper observabis oculorum in somno occlusionem, cum quibusdam conniveant pro palpebris varie affectis. Quod & circa os apertum aut clausum notandum est.

*Coma seu Cataphora* somni morboſi primum dicunt gradum, minus profundum, *Caro* assignant gradum alterum, *lethargo* summum ac tertium; Accuratius tamen ii agunt, qui lethargo som-

somnolentiam cum febri, Caro autem sine febri adjudicantes hos duos affectus suis propriis gradibus relinquent; Vigil autem *Comma* omnibus dicitur, in quo in somnum propensio, ac profunda demersio adest, sed novo semper stimulo vigiliisque inde natis interrupta.

Inviti scilicet obruuntur somno ægri, facilius vel difficilius pro diversitate graduum mali, excitandi, somnoque vi externa depulso mox in illum relabuntur, & vel plane ad quæsita non respondent, vel parum, imo & accedit in gradu altiore oblivio ex obdormientia continua nata, ut potum, matulamve poscant, obligata respuant, cum se postulasæ ob somnum obrepentem non recordentur; Puncti vel minus sentiunt, vel magis, in gradu altiore fere nihil; palpebris etiam vi quasi aperitis iterum concidentibus, neque te ista gravi somnolentia possunt extricare ægri; quieti jacentes, etiam sine cibo & potu, brevius vel diutius pro mali gravitate; pulsus non eadem est ratio, in Lethargo enim ob febris præsentiam celerior, tardior in somnolentia sine febri. Tribuitur quoque his affectibus, quod alvus excernatur ægris non advertentibus, & vesica quoque urinam eadem ratione dimittat; distincte tamen hic loquendum, distinguendusque status affectuum soporiferorum, à statu deliriorum, in quibus & ista quoque eveniunt, & à statu moribundorum quibus & sine lethargo contingunt talia.

Somnolentia plerumque supervenit aliis morbis, quanquam & casus obseruentur, ubi sensim sensimque invalescentes in æmum tandem erumpunt, vel & alios post se trahunt morbos, non apoplexiā modō, sed & subinde hydropem, &c. Febribus maximè continuis & malignis supervenit non raro affectus soporofus, aliquando & ante febrem jam occupavit ægrum, febrili postea statu demum accende; quam spuriam quidam vocant, nescio quo jure, quid enim impedit, quominus vera febris sit ac sanguinis mixturæ turbatio. Externæ lassiones ac violentia, convulsivi morbi, intensum frigus, liquorum spirituorum abusus, opiate incaute adhibita, ac narcotica temulenta ac venenata, uti hyosciamus ac solanum furiosum non raro præcedunt.

Ana-

Anatomia practica in cadaveribus reperit varias causas cerebrum maxime prementes, extravasatum sanguinem, meninges inflammationem, saniem ac pus, serum quoque copiosius & cerebri quasi inundationem ac hydropem.

Inter remedia excitantia pedum frictiones, vellicationes pilorum & cutis, puncturæ, titillationes, vesicatoria maxime, & scarificationes referuntur. Ex remediis propriis dictis castoreata, camphorata; varia acetata, salia volatilia, ac spiritus odoris penetrantis, quorum tot prostant descriptiones ac species.

Nec tamen quisvis profundior somnus hoc trahi statim debet, etiam si longior videatur, cum in his magna subjectorum varietas, ac inclinatio ad somnum varia potissimum in morbis sit; sed ista haud difficulter discernuntur. Dicuntur affectus soporosi fieri a sulphure vaporoso, narcotico replente, in lympha resoluto ac diffuso; Verum ista etiologia non est universalis, cum illi a quaunque causa vividum spirituum in partes corporis influxum ex cerebro sufflaminante originem trahere queant, etsi a sulphure quoque narcotico vel extrinsecus accidente, vel intrinsecus in corpore se evolente ac manifestante in casibus quibusdam provenire possint.

Nec necesse præcise est, ut pori cerebri ab illo sulphure occludantur; Incertum enim est, quosnam poros authores illo sub nomine intellectos velint, ipsa quoque spirituum animalium ligatio aut obnubilatio probam requirit explicationem, utpote cuius rationes valde adhuc obscuræ sunt, & si res ipsa satis videatur stabilita, licet non pro omni morbo soporoso. Sufficit scilicet commercium inter objecta & sensorium commune haud æquè in ipsis casibus vigere ac intercipi, ob spiritus vel torpidiores, vel ligatos, vel pressos eorum obstructosve canaliculos in nervis, sive a sanguine, sive sero, sive concussione capitis violenta, &c.

Nec præcise febris adscribenda est huic narcotico, quod accusant, sulphuri, quippe quæ sèpe somnolentiam præcedit, & si sequatur, potest orihi sine sulphure, occasione ita seos sanguinis nervos prementis cerebrumque gravantis ac turbantis mixtionem san-

sanguinis eodem tempore, quo influxum spirituum liberum sufflaminat.

*Catalepsia* alii ad spasmoidicos referunt morbos, alii ad sponiosos ob attonitos quasi spiritus; morbo enim hoc correpti ecstasis patividentur, subito extra se positi, nec tamen concidentes, neque agitati motibus spasmoidicis, aut aliis determinatis, sed perdurant eo in statu, corporisque situ, in quo fuerunt a paroxysmo correpti usque ad hujus finem. Hinc alia ratio est eorum qui frigore perierunt, rigidi illi sunt, referuntque corporis habitum situm quem morientes obtinuere, ast cataleptici alii plane sunt ac vivi, hancque sine ista frigida rigiditate sucus unius constantiam servant; Fulmine quoque taeti alter se habent, ene-  
tique ab halitibus metallicis; nec enim de mortuorum situ sed ex rotantium hic sermo est.

Respirant satis libere Cataleptici, de eo tamen fere dubites, an dici cum aliis authoribus queat, eos habere sensus integros a defixos, eos videre, audire; neque enim in hac eorum ecstasi sensuum integritas adesse dici potest, cum praesentia non curent aut attendant, phantasia sane a turbis non libera, et si apertos habeant oculos, certumque directos in locum, vel potius involuntarie defixos, una cum ipsa quasi mente, vel saltem commercio mentis & corporis suspenso; moventur quidem impulsi, sed aliud est ab alio moveri, aliud se mouere; membra eorum non rigent, sed ductilia sunt, cedunt manibus tractantium; redit malum periodice in certis plerumque paroxysmis, neque hi adeo sunt diuturni, quamquam & inter ecstasim ac catalepsin intercedat differentia.

Inter causas praecedentes mediatasque varia animi pathemata, amor, mceror, nimia animi applicatio, terrores ingentes, paucis, ea omnia referuntur, quae spiritus animales graviter afficeret, percellere, atque attonitos quasi reddere queant, quorum tamen specialiora saepe occulta manent, nec medico innoscunt, et si non semper talia animi affectibus possint, debeantve tribui; Neque enim dubium est vermes quoque tot in corpore tragediarum infelices authores ansam catalepsi dare posse, hystericumque

que & hypochondriacum malum porosissimum ejus ac profundissimum forsan raddicem esse. Raritas autem hujus affectus singularis est, nec omnibus Medicis in praxi obvia, ut facilius fere aliquid observare liceat catalepsi affine, aut analogum, quam genuinam juxta omnia signa catalepsin; Haec autem vel sensim atque sensim iterum definit, vel in alios subinde transit affectus, apoplecticos, vel epilepticos, quo ipso fere docet ex spasmodicorum affectuum se esse profapia. ita tamen ut spiritus non tam vago cum impetu ruant, quam potius fixo in certa partem musculosque & aquabili fluxu deriventur.

Nullum ergo certum, cui insisteret licet, vestigium offert rarius hic affectus scrutantibus ejus causas, et si manifestum sit Spiritus subito percelli, certamente in plagam aquabiliter fluentes servari stabilitate quadam ipsis alias non solenni, quam non satis apte conestationem vocant, quae non spiritibus, sed animae competit; ac fortè prius justis indicis evincendum, ideam semper tristem, aut terrificam efficiere catalepsin, cum exempla aliud doceant; nec spiritus extra se rapi possunt, sed animae hoc competit, ad spirituum motus non attendeni, nec eos percipienti. Accusatq[ue]runtur quidem juxta cum spirituum debilitate, acidum coagulans, eos magis minusve fixans, concentrasve intimius ac fortius, fed & illud acidum frustra quaesiveris, quod Spiritus coagulet, & quidem ad tam breve tempus, mox sua restituendos fluxilitati; Quid vero est quod tam subito coagulans illud acidum avertit, profligat, ac coercet. Nec ea spirituum consistentia est, que talem ab acido concentratione admittere videatur.

Singularis enim est illa fixitas, quae in catalepticis observatur, ac mirabilior evadit per dulcitudinem ac sequacitatem membrorum non rigidorum, musculis eum servantibus situm, qui a manu regente inducitur parti, vel hac non accidente in prima paroxysmi accessione obtinetur; nec antagonista inaequaliter aut per spasmos, vel vibrationes quasdam, ac luctae in modum agunt, sed placide, et si mente res non dirigatur, cum aliæ istius modi motiones, mentis imperio non subiectae, confusa, violentaque in statu praeter naturali spasmodicae, esse soleant.

An igitur catalepsin dicemus Melancholiā atronitam seu stupefactivam? si ab animi affectu profundo oriatur, nomen id forsan tulerit jure suo; Si aliunde oriatur vix eo nomine censeri poterit, quanquam non diffitendum sit Melancholicos in certis obstinationis sua paroxysmis haud male referre speciem cataleptici, ac Melancholicos ad hoc malum aptissimos esse. Etsi vero non iidem tumultus Spiritum, non confusa, instabilesque agitationes, uti in Spasmodicis membrorum agitationibus observentur in Catalepsi, status tamen Spirituum attonitus, confusus, ac quasi stupidus, nervina, céphalica, aperientia, analectica remedia expoicit, semperque una ad primas vias, & sequori in sexu ad uteri dispositionem functionesque respicendum est.

*Convulsio, Convulsiones, convulsi motus* non in vernacula modo confunduntur, sed & à Medicis non semper ea qua pars est distinguuntur.

Convulsio dicitur, cum membra alias facile flectenda, involuntarie rigida, tensa, ac contracta sunt, talique in statu vel diutius vel breviori tempore perdurant, cerebro interim in actionibus suis non laeso, cum dolore partis convulsa, quæ tamen haud universalia sunt quæ ultimas circumstantias; cum & convulsio detur sine dolore, neque solus spasmus, quem vocant, flatulentus ac dolorificus particularis articulorum in manibus pedibusve eorum digitis, imò magis in partibus musculosis huc pertinet, imò hic ipse à vera convulsione multum diversus sit, observatus maxime circa furas, quamquam & alibi, non tamen adeo frequenter, uti in abdome, maxime in quibusdam mulieribus prægnantibus, in lingua, inque priapsino in virili membro, circa oculos &c.

Opponunt vero convolutionem paralysi, ubi fibrarum relaxatio à Spirituum deficiente influxu obtinetur, cum hic fibrarum potius tensio, nimiaque atque impetuosa inflatio prævalente antagonistarum altero contingat. Neque tamen accurate dicitur, convolutionem se habere ad Epilepsiam, uti se habeat paralysis ad apoplexiā, cum diversus satis utrinque respectus sit, existente paralysi effectu apoplexiæ, convolutione autem Epilepsia effectu non eodem jure dicendo.

Quod particulare aliquando malum est, universale subinde fit, toto corpore, vel praecipua saltem ejus portione varie affecto, contractoque, unde varia traxit multiformis affectus nomina, pro situ partium distortarum diversimode mutato. In *Emprosthotono* corpus inflectitur antrosum faciente dorso extorsum curvato quasi forniciem, mento autem ad partes inferiores corporis depresso. In *Opihotono* caput retrosum ad dorsum detrahitur, dorso intorsum forante arcum. *Tetanus* exhibere disirur directam capitis corporisque ac rigidam inflexiblemque tensionem; quæ tamen sub his schematisibus paulo rariora sunt, sub latitudine quadam & analogia frequentius observantur, vel per paroxysmos, vel graviori malo continuo, virtio plerunque ad mortem durante. Variant vero circumstantiae, prout interiores quoque compatiuntur nervi, hinc palpitatio cordis, difficilis respiratio, & quasi spastinodicum asthma, abdominis crispatio, constrictioque atque etiam sudor conjunguntur; constrictarum partium dolor aliquando percipitur, aliquando non, prout mens magis vel minus est libera, &c. Spasmus flatulentus & particularis à variis externisque etiam causis oritur, à pedum nimia extensione, uti in extrahendis arctioribus oreis sura experientur, & frigore aquæ muscularumque tensione natantes idem sepe periculosis patiuntur; alias & in somno vexat gravidas quoque in lecto potissimum. Qui vero tendinosartum, ac membranosatum partium vulneribus supervenit spasmus vel convulsio, aliis generis est quodammodo ac majoris periculi,

Quan-

Quando autem legitur in libris practicis, spasmus frequenter à crupula iterata, ab assumptis flatulentis, à dispositione hypochondriaca ac scorbutica, ab inanitione ac repletione, à purgantibus actoribus ac helleboratis oriri, hæc distincte consideranda, nec confundenda omnia sunt inter se, sane enim flatulenti illi, spasmi sunt dolorifici, sed facile transeunt, ac feruntur, at convulsiones à violentia purgantium, ab inanitione aliquæ internis causis ortæ, majus inferunt discrimen ipsius etiam vita, animaque sedem ipsam intimus potentiusque afficiunt; unde & graviores sunt prioribus illis convulsiones à terrore, quales à viro spectro referunt, ubi tamen convulsi magis metuendi sunt motus, quam spasmi quieti, æque ac ab assumptis venenis, illisque affinibus; alia autem mitiorque ratio est spasmi oborti à nimia corporis, vel membrorum intorsione in situum aduersum, ubi facile supervenit dolorificus at moræ brevioris spasmus.

Dicitur magis familiaris foeminiis, iisque hystericis, quod tamen de convolutionibus vel externis, vel internis seu convulsivis motibus erit certius, illæ enim frequentius istis eveniunt, quam immota tensio ac convulsio vel particularis vel universalis. Quanquam & cum motibus convulsivis combinari solet. Nec à dispositione ad paralysin plane excludatur.

Gravis & universalis convulsio diuturna esse nequit acutæ valde existens terminationis celerisque decursus, at quæ per paroxysmos affigit sèpè diuturna est per intervalla sua. A vulneribus non tendinum modo, temporum, sed & aliis frequentes sunt, maxime nervis non tam scissis, quam punctis aut aliquo modo laceratis; In Fascinatis frequenter conspici observantur, si quidem licet hodie de fascinis loqui, ubi omnia eò & ad Magiam pertinentia existentur; difficilis tamen diagnoseos sunt ista, cum mirassetiam & quasi incomprehensibiles convulsiones videamus in ægris sine magia, à vermis, affectu hysterico, hypochondriaco &c. Ut tamen vere dantur magici morbi, ita & convulsiones vere inde oriri atque excitari possunt, quod de observatione quoque dicendum, licet & ista modernis quibusdam in alterum extremum progressis atque abrepidis viri arrideant.

Remediiorum insignis copia est, quæ nervis spasmisque dicantur, quæ tamen non ejusdem pretii sunt omnia. Vesicatoria open præstant egregiam, revellendo potissimum, ac spiritus alio vocando; cucurbitula & sicca & scatifikata profundit, thermæ quoque ac acidulæ certis in casibus cum fructu adhibentur: Omnem vero paginam replent nervina, antiepileptica, cinnabrina, castoreara, carminativa, caute adhibita opiate, in nonnullis casibus volatile quoque, externæ frictiones, illitus spirituosi, arque unguinosi, fatus nervi, demulcentes, spinæ dorsi penetrantioribus unguentis factæ inunctiones &c.

Cum igitur dicatur, in convulsione spiritus impetuose in partes nervosas,

musculosas ac tendinosas latos, & irritatos extenderet easdem, & rigidas, indeque dolentes reddere; id equidem quā p̄cipua fatebimur atque agnoscamus, de nervis autem vix exsiccavimus eos extendi, & rigidos fieri, nec in omni convulsiva tensione dolor adesse dicendus erit, si consulamus experientiam. Neque Spiritus contorsione vel compressione incarcerati & detensi, demum irritati dicendi erunt, & elaterem peregrinam in partibus sic concipere, sed alibi jam irritatos ac aliunde determinatos in partem influere, intrudi, ac demum quasi incarcerari, neque h̄i demum alienum nancisci elaterem, cum jam ante habeant proprium ac domesticum, aëreae probabilitate satis naturæ existentes.

Lympha acris potest & in cerebro ejusque vicinia, & in exterioribus partibus irritare nervos, vim vero, quod s̄pē legas, explosivam & elasticam non habet, nec reddi talis potest, eo minus, quod fixior dicitur, auſteriorque; potest tamen spiritus reddere inordinatos, eti ipsa elastica non sit, laceſſendo eorum canales, imo & premendo mole sua ac ſtati ubiq̄ue contingente, unde faciles ſtricturæ fibrillarum musculosatum à spiritibus intrufis vi ſtimuli inflatur atque ſic abbreviatarum. Id ſaltē norandum, aliquando in centro magis & cerebri propinquitate imò ambitu irritantem laterē causam, alias vero in remotis etiam partibus, imo artibus ſtimuli quaſi ſedem eſſe, ac originem irritationis, quam deſcribunt obſervatores tanquam halitum ascendentem inde ad caput, rectius forſan per nervorum conſenſum, ac plexuum communioñem explicandum; Neque enim ſatis apte hic in partibus exurgens vapor dicitur, elaticus ſtimul ac acidus, fixus, vifidus, cum prima illa qualitas ſeu elater ſufficiat, vel & aliis qualisq̄ue ſtimulus; per conſenſum vero & cor, & partes reliquæ omnes in conſortiu m trahi, ſtimulunque illum per communes nervorum plexus recipere poſſunt, unde tam mirabiles ſepe convulſionum ac motuum ſpasmodicorum combinationes, & incomprehensibiles varietates.

Uti convulſio immobilem rigidamque partis, vel plurium partium dicit convulſionem, indeque violentam p̄vaſentium musculorum factam à spiritibus intrufis inflationem, intumescentiam, tensionemque ſupponere videtur tenore eodem ac constanti, ita in convulſiis motibus influxus ille atque actio musculorum atque violenta quidem, sed non ita aquabilis eſt, ſed ostendit musculorum in contrarias partes agentium inæqualem, alternatimque factam inflationem à spirituum imperu, quo ſiat, ut nunc hic, nunc ille p̄vialeat, ſicque pars violenter nunc huc, nunc illuc trahat & rapiaturque.

Convulſi vero morus cum Epileptia idem omnino non dicunt, eti in epileptia adſint motus convulſivi, qui tamen pro cauſarum, circumſtantiarum varietate plurimos admittunt gradus, ac combinationes cum ſympomaticis aliis, ſenſibus nunc ſalvis, nunc ablatis, aut torpidis, pro affectuum varietate.

Epileptia plurimiſ funefiſ ſympomaticis ſignis que ſe prodiſ, ac manifeſtat

stat quorumvis aspectui. Imminentis mali prodromi dicuntur muscularum contusiones, dentium stridor, fixitas, vel contorsio oculorum, tremor partium, unguium livor. Norandum tamen, saepissime invadere epilepsiam sine omni praecedenti aut observabili prodromo, ac si fulmine tacti conciderent ægris, istaque symptomata saepissime in ægris conspici, nulla subsequente epilepsia, quod & de solenni ante febribus paroxysmos unguium livore, & tremore æque ac de stridore dentium certum est, & muscularum concussions, oculorumque contorsio Epilepsiam post te non trahere saepius conspicuntur. Pariter oscitatio, sternutatio, ac Melancholici insultus possunt praecedere, sed signa indubita mali imminentis non in omnibus constituant, sed iis potius tantum subjectis, in quibus jam fuerunt observatae morbum trifissimum, communes alias pluribus morbis affectiones, imò communes sanis & ægris. Vulneribus nervorum potest, solerque haud infrequenter supervenire Epilepsia, saepè tamen ultra terrores, tendinum subsultus, partium, vel corporis in somno potissimum quasdam agitationes, res non assurgit; uti & varii alii affectus convulsivi danunt, ut tulles spasmatica, singultus, qui convulsivus ventriculi ac vicinia motus est, dolores à spastmo orti, uti colica spasmatica, cardialgia spasmatica, imò asthma spasmodicum, & quod observavimus asthma spasmatico-cardialicum summè dolorificum ac periculosum, ista tamen omnia ab Epilepsia non parum differunt. Cum & universales ac terribiles observaverimus totius corporis convulsivas jaestationes ac agitationes membrorum salvis sensibus, ac proin ab Epilepsia vera diversas.

Ceterum nemo est, qui ignoret, nulli non affectuum præternaturalium geneti supervenire posse convulsivos motus, imò ipsam epilepsiam, id quod in continuis, malignisque febris, variolis, morbillis, colica, dysenteria, nephritis, hypochondriaco malo, ac scorbutico, frequentius vero hysterico &c. evidens est. Quanvis & ali, tristius ferè, sani cetera, epilepsia corripientur, plerumque per intervalla, variis gradibus, ubi ex improviso corruit homo, uti alias syncope quoque aut apoplexia subito homines adoritur, et si sint tamen, qui aliqua prius indicia appropinquantis mali sentiant, quibusque et si rarius, aliqua conceditur mora, dum vertiginem sentiunt, aut obversantes oculis splendores, aut vacillationem, mutationemque corporis in certam partem, quo tamen clamorem præcedentem haud referas, quippe qui nolentibus, nec amplius advertentibus exprimitur, jamque epilepsia exordientis pars est; Coloris quoque mutationem, vel pallorem adstantes quoque imminentे malo subinde notaverint. Interea sensus interni externique evanescunt, ut nec audiant, nec videant, neque doleant, aut reminiscantur vel priorum, vel postea tum actorum, unde & ab ignarisi rerum istarum cum deliquiis confunditur hoc malum, si forsitan, uti subinde evenit, motiones non sint enormes. Motus enim voluntarius eo ipso quoque perit, cum nihil jam advertat mens obruta,

vel potius soluta, ac quasi, dum ista durant violentia, à corporis commercio distracta, abrepraque in semeripsum; peregrinus interim, formidabilis, ac violentus succedit in locum motus quassatorius, magis vel minus violentus, pro casuum varietate, diversimode membra agitans. Sed nec alii quieti sunt musculi, clausi sunt oculi seu palpebrae musculis constrictis, aut bulbi eorum distorti, aversique ac decolores sunt, variè agentibus eorum musculis, qui busdam tensis, aliis relaxatis quasi, maxilla inferior superiori violenter innititur, admorsa non raro lingua, ob temporaletum musculum convulsum; Pollex in volam attrahitur. Capitis musculi varie distorti successive illud pavimento allidunt, subsilit corpus, facies tumescit, musculi thoracem moventes inæqualiter ac laboriosè agunt, hinc oppressa respiratio, & anxia quasi, aëre strictris thoracis spasmoidicis per vices concussione quadam pectoris exploso, variis simul, non sine suffocationis discrimine, formatis sub egressu ex rima epiglottidis sonis; ac sub ista multiplici fibrarum muscularium glandulas stringentium urgentiunque strictrura exprimitur salivalis spuma ante oris confinia cumulanda atque efflanta, sua tamen visciditate resistens; frequens pulsus, corde laborante sub spasmis, inæqualis hinc idem, ac tremens, durusque ob fibrarum tensionem, paucis, vix explorandus aut dijudicandus, variusque. Notane Practici quoque spumam ori inhærente rubellam, quin & fecerit, morticinam &c. prout saliva vel purior, vel sordibus, aut sanguini ex admorsa lingua, aut gingivis stillanti, aut muco permixta in spumam conquassatur, aut ex ventriculo quoque aliquid sub strictris spasmoidicis hoc exprimitur, elevaturque; sub iisdem verò spasmis urina subinde, & alvi quoque feces, imo & semen excreta leguntur, observanturque. Soluto paroxysmo; alii diu decumbunt omnium adhuc ignari, alii loquela destituti, alii lassatia debiles, ob spiritus valde dissipatos, atque adhuc vacillantes, confusosque, alii mox resurgentibus, imo quibusdam ad sua redeuntibus munia, morbo vel statim, vel interris periodis recurrente; atque in nonnullis observantur has vel illas insigniores lunæ phasæ, quos mira sèpè harmonia, si non ad artius & horarum quasi spatium, satis tamen manifesto observat modo, in nonnullis exactius eas observans. Quidam & malo imminentे sentiunt ex pede, ex hypochondriis ascendere quasi auram versus caput, manifesto nervorum, ob communes conjunctosque plexus jam incipiente stimulo ac irritatione tenforia.

A variis causis remotioribus oritur, ira, terror, retrorsum scabies, violentiae exterius capiti cumpromis illata, vel partibus nervosis, suppressi menses, vermes frequentius, impurus, acrisque variis ex causis morbisque sanguinis, præbere occasionem queunt. Sæpe manifesta causa nulla comparet. In cada verum sectione exterius eorum in dorso livor, & alibi in corpore, in uno tamen plerumque magis latere, intra cerebrum aliquando nulla labes, alias sanies icho-

ichor, pus, fætidum quoque, grumosus sanguis, ossicula ex crano depresso, meninges pungentia, aliaque reperta sunt.

Nuilli parcit sexui malum, feminæ id ex utero, ejusque variis patiuntur frequentius vitiis, ac proin symptomaticè, Viris saepius primariò affectis; feminæ in puerperiis, in ipso quoque partu, mensibus non succendentibus, imo & subinde iis salvis affliguntur; variè tamen, nec semper cum illis agitationibus ac rumore quasi, sed silenti interiorque magis occupante saepius convulsione ac stricturis, variis causis occasionalibus concurrentibus, de quibus supra jam diximus, quò animi potissimum affectus speant.

Infantibus malum hoc frequentissimum est, quorum in nostris regionibus maxima pars iis occumbit, ex eorum scilicet numero, qui morbis quibuscumque decedunt; dentitio frequenter id efficit, salutariter aliquando, nec saepius redeunte malo, alias funesto etiam eventu; tornina ansam non raro prebent; aliique puerorum morbi, febriles potissimum, variolæ, morbilli, uti in principio minus suspecti, in fine vel *ārūn* gravioris meritò terrent spasmi accedentes; sunt tamen & hic plurimi gradus, neque semper in violentas istas malum erumpit agitationes, sed subinde interior convellens, silenti quasi, ac stupente spasmò tenellos sopit, detinerque internas fibras in gravi periculosaque tensione, eo periculosiore, quò occultiore.

De gradibus innumeris jam monuimus, sunt sanè, qui vel in somno leviusculè corripiuntur, imo & vigilantes quasi resistere nonnihil possunt, ac eluctari, sed in illis vel aliis generis ordinisque ac gradus malum est, vel adhuc in incremento, uti datur, qui per multos, tardosque gradus ad *ārūn* mali assurgunt, tristis symptomatum incremento ac augmento. Prout scilicet principium nervorum à cauta vel totum occupatur, vel quoad partem tantum ac mitius. Difficultatem sanationis agnoscunt omnes, subinde tollitur terribile hoc malum, in instantibus frequentius, in adultis rarius, rarissimè post juveniles annos, sed nulla hic fixa est regula.

Non difficile est ex hæc tenus deductis concludere, cerebrum ac principium maxime in illo nervorum graviter in tanto affici morbo, à plurimis diversisque causis. Ipsam cerebri dispositionem aliquando concurreat, dubium nullum est; an vero ejus, quam quidam allegant *īvād nāz* hic contribuat, non ausim determinare, nisi illam sumas pro debilitate quadam illius, teneritudine justo majorre, ac proin sensibilitate teneriore justò, pronáque ad recipiendas extraneas, domesticasque impressiones, stimulos atque irritationes.

Cum verò serum accusatur, ichorosum, acidum, biliosum, vel lymphatalis, atque acris, volatilis, clistica, imo displosiva, vellicans ac spumefecens, quæ post simili obstruant, membranas cerebri, aliarumque partium sensiliores, fibrillasque nerveas turgentibus stringat atque convellat, simulque spiritus valde irritat confundatque, & sic reliquias etiam muscularum imperio subjacentes partes

in spasmos cogat; facile agnosces, totam sanguinis massam his imbuī tum chara<sup>c</sup>teribus, nec solam lympham, seruine peccare, & huic tribui vim explosivam atque elaterem ipsi non competentem, sed spiritibus potius irritatis aereis; Sero interim non sola acrimonia agente, vel acore suo, verum etiam visciditate, ac mole, stasi, vasorumque ac fibrillarum pressione, vi cuius lenta te- nacitatis aptior est ad obstructions pororum, vel potius osculatorum in vase- lis; Et quamvis quedam occludantur, alia sanē in cerebro magis videntur justo patere, per quos tam confessim in musculos convulsos adiunguntur spiri- tūs. Cæterum visciditas, ac lympha, sanguisque peccans consideranda sunt vel intra vasa, vel extra eadem; Sanē in Epilepsia innumeris vicibus recurren- te non possunt isti humores dici extravasati, ac cerebri membranis vellicandis admoti, hoc enim lethale foret citius, nec tam diuturnam sinceret fieri, tristemque tragœdiā; Unde vel intra vasa glandulasque distensione, ac turgescen- tia sanguis, propter inclusas aëris spirulas elasticas, potest premere vicinos ner- vulos, spiritusque irritare, vel aliis sāpe occultusque stimulus, ubique in corpore hærens, origo mali est. Cæterum promptitudo stricturarum spasmadicarum per consensum in plurimis partibus muscularisque vel solo sternuta- tionis exemplo clarissima est, atque extra controversiam posita.

Patetque jam, quid dicendum sit de fermento, quod tantos humoribus motus, activitatēque inferat, id scilicet in humoribus non semper esse quā- rendum, aliquando vero etiam illis domesticū esse, ob acrimoniam scilicet bilis defenscentis singularem, viscidam magis, quam tenuem, aut volatilē, nec præcisē acidam, sanguinem tamen charactere haud laudabili inficiēt; Præ- cipuum conferunt humorum variae stases, atque congesiones passim factæ, circa cerebrum maximē, sive sanguinis, sive seri in suis vasis, & quandoque extra vasa; licet putrilago seri talis vix censenda sit ex frequentioribus causis. Neque tamen particulares motus convulsivi statim arguunt domesticū in ta- li partē stimulū, cum ille tamen alibi, vel in cerebro vel alia parte positū latere.

De remedīs multa dicere non attinet, ea terigisse sufficiat; Primo iterum loco vesicatoria commendamus, venæ sectio salutaris aliquando, nec semper ta- men indicatur, imo & aliquando nocere queat; ætatis mutatio per se quando- que salutaris est, in sequiori sexu menstrui fluxū successio ac procuratio pluri- sum valer, emerita quidam maximū faciunt, quod somite in primis viis earumq; cruditate latente concedemus, vix aliis in casibus æquē frequenter: Purgantia cautele adhibita, nec enim promiscue tutā sunt, nervina autem, roborantia, vola- tilia etiam, in casu non adeo calido, ac sanguine non fervido, succinata, cinn- barina, sulphure blando constantia alia, specifica; Etsi forsitan horum numerus haud adeo sit magnus ac speciosus, quam qui- dem vulgo recenserī solet.

Tübingen, Diss., 1725-31

f



56.


W18



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-819316-p0036-8

DFG



22.  
1725, 1. S 6  
**PRIMA DISSERTATIO  
DE  
ACHINÆ  
MANÆ VITIIS  
ORUMQUE CAUSIS  
NOSCENDIS ATQUE  
EMENDANDIS.**

Hanc  
VINA ADSPIRANTE GRATIA,  
bus Statutis Gratiæ Facultatis,  
**PRÆSIDE**  
**CAMERARIO,**  
Ord. Med. & Confil. Wirtemb.  
**PRO LICENTIA,**  
*is in Medicina Honoribus consequendis.*  
Solenni Eruditorum Examini submittit  
D. Febr. MDCC XXV.  
**GIUS FRIDERICUS MOHR,**  
Physicus Bœblingensis.  
TUBINGÆ,  
Literis HIOBI FRANCKII.